

statem: Sordidissimas celum nubes operuisse grandine & imbribus. Ful-
 gura preterea coruscationesq; & tonitrua toto celo excitata: usq; a deo & sa-
 cerdotum satellites: Qui ad illud rapiendum corpus concurrerant: diffuge-
 re continuo: corpusq; christianus relinquere adacti sint. Extulerunt igitur il-
 lud christiani: cum lachrymis: tum uocibus pietate plenis: quasi patrem du-
 cem doctoremq; amisissent. Et in ea quam supradiximus ecclesia honorifi-
 co sepulchro condiderunt. Celebratum sequentibus seculis maxima uene-
 ratione frequentiaq;. Epistolę Gregorii Romani pont. ad Eulogium Ale-
 xandrinum patriarcham: itemq; Eulogii ad Gregorium: perspicue decla-
 rant: Quanta sit ibi habitus reuerentia: Quum & ille se comendari euange-
 listę apud eum moranti enixius petat: & hic officium perstitisse liberaliter
 affirmet. Facile patiebantur barbarę infideles illę nationes huiusmodi genus
 sanctorum hospitem apud se in honore esse. Propterea qđ haud paruo sem-
 per illis usui fuere ab christianis hominibus ad ea loca peregre proficiscenti-
 bus: ut nunc etiam uidemus. Mortuus est Marcus etatis anno septio &
 quinquagesimo: septenio uidelicet antequam Petrus Romę pro Christi no-
 mine crucem subiret. Nobilem reddidit Alexandrinam ecclesiam tam uita
 qđ morte. Factum etenim eximia illius sanctitate: ut Alexandrina ecclesia se-
 cundum ab Romana locum obrinuerit: posthabita antiochena. Licet illi
 aliquando petrus apostolorum princeps prefuisset. Quin etiam apostoli-
 cę nomen promeruit. Ea ut opinor causa: Qđ Marci legatione Petrus illi
 quoq; ecclesię quasi prefuisset uideretur. Inclytum preterea Marcus quinq;
 preclarissimis titulis consecutus est nomen. Primum quidem sacrosancti
 euangelii scripture. Duabus deinde nobilibus constitutis ecclesiis Aquile-
 iensi & Alexandrina. Monasticę item uite quasi principatu. Postremo triū-
 phali palma martyrii. Petrus damianus huius sancti uitam sane his uerbis
 breuiter & egregie conclusit. Beata es Alexandria uiri huius sanguine pur-
 purata. Felix & tu italia corporis eius thesauro diues effecta. Factum est
 enim ut ad italiam deinde sit reuersus: ut terra in qua datum est ei euangeli-
 um scribere: mereretur sacras eius reliquias possidere. Hęc Damianus. Effi-
 gies quoq; ipsius mandata litteris est: ut tam corporisq; anime perpetua illi
 us esset memoria. Venusta facie dicitur extitisse. Longo naso. Superducto
 supercilio. Pulchris oculis: recaluafter. Prolixa barba: habitudinis optime:
 etate constanti: canis aspersus: Moribus grauis: Gratia dei plenus.

Escrip̃ta Beatissimi euangelistę uita quantum licuit ex antiquis
 monumentis excerpere: Translatio nunc illius quum ex urbe Ale-
 xandria in Venetiam est aduectus: nobis peragenda. Quo ui-